N. 1793.

CURRENDA IX.

A. D. 1859.

L. 1461.

Zaprowadzenie sekt przez W. Rząd nie uznanych, lub nie cierpianych samowolne, lub udział w nich.... karze podlega.

Podajemy do wiadomości celem czuwania Rozporządzenie W. W. Ministerstw Spraw Wewnętrznych, Sprawiedliwości, Wyznań i Oświecenia, Naczelnéj Komendy Wojskowéj i Najwyższéj Władzy Policyjnéj z d. 5. Kwietnia 1859 r. z Dziennika Praw Państwa Części XIII, Nr. 53, wydanéj dnia 19. Kwietnia 1859. mocą którego oświadcza się w skutek Najwyższéj Uchwały z dnia 1. Kwietnia 1859, r. iż samowolne zaprowadzenie towarzystw religijnych (sekt), nie będących przez Rząd Państwa wyraźnie uznanemi lub przypuszczonemi, lub téż udział w témże, karze podlega, które jest następującéj osnowy:

„Ponieważ w niektórych krajach koronnych powtórnie usiłowano obejść przepisy prawne, któremi pewne sekty religijne zakazane zostały, w ten sposób, iż zwolennicy sekty nazwisko téjże zmieniają, przeto dla zapobieżenia temu, rozporządza się w skutek Najwyższéj Uchwały z dnia 1. Kwietnia 1859 r. co następuje:

Kto samowolnie zaprowadza lub zaprowadzić usiłuje towarzystwo religijne (sektę), nie będące wyraźnie przez Rząd Państwa uznaném lub przypuszczoném, tym końcem zwolenników werbuje, rozprawy miewa lub ogłasza, zgromadzenia zwołuje lub do takowych uczęszcza, lub jakikolwiek ku temu zmierzający czyn przedsiębierze, popełnia, o ile czyn jego nie ulega już karze wedle powszechnéj ustawy karnéj, przestępstwo, które traktowaném być ma wedle Rozporządzenia z dnia 30. Września 1857 r., Nr. 198 Dziennika Praw Państwa.

Przepis niniejszy w całém Państwie wejść ma w życie z dniem obwieszczenia.“

L. 1711.

O Patronach, i Zastępcach w sprawie uwolnienia od służebnictw, albo urządzenia ich.

Na mocy Rozporządzenia Wys. Rządu krajowego z 4. Czer. r. b. L. 11097 powołani są patronowie lub ich zastępcy i zarządzcy duchowni (Parochowie) nie tylko do podpisania wykazów służebnictwa (Anmeldungen) ale i do czynnego udziału przy komissyi do uwolnienia lub urządzenia służebnictw ustanowionéj (haben bei den dießfälligen Verhandlungen der Grundlasten-Ablösungs- und Regulirungs-Lokal-Kommissionen zu interveniren.)

Co do zastępstwa patronów czytamy w Rozporządzeniu powyższém, że

a) przy beneficyjach w dobrach Państwa lub funduszów już sprzedanych (auf Staats-und Fondsgütern) których udzielanie jednak do Najjaśniejszego Monarchy należy, zastępstwo patrona powierza się c. k. Urzędom okręgowym (den k. k. Kreisbehörden) i

b) przy beneficiach zaś w dobrach niegdyś do funduszu religijnego należących, na które c. k. Dyrekcyja finansów żadnego nie wywiéra wpływu, tudzież

c) przy beneficyjach kollacyi prywatnéj, gdzie Patron z kościołem zostaje w stosunku albo jako *obowiązany* lub jako uprawniony do służebnictwa (als Verpflichteter oder als Berechtigter) umocuje się Rozporządzeniem wzmiankowaném konzystorz do *wyznaczenia Zastępcy*, któryby i meldunki podpisywał i przy komissyi praw kościoła bronił.

Podajemy to c. k. Rozporządzenie do wiadomości niniejszéj tym celem, aby Szanowne Duchowieństwo zawczasu zgłosiło się w powyższych przypadkach do Konsystorza o naznaczenie Zastępców takowych. Ze ses. 16. Czerwca 1859.

N. 1970.

De vestitu Clericali deferendo, et de poenis in transgressores.

Lex ecclesiastica de amictu *clericali* portando tot in Conciliis vario tempore lata totiesq. renovata et confirmata manifestum exhibet, Ecclesiam *universalem* Clero sub *reatu conscientiae* imponere obligationem, deferendi non *laicalem*, sed *clericalem* vestitum. Audiamus ultimum ecclesiæ *universalis* desuper Decretum, videlicet in sess. XIV. Conc. Trident. de Reformat. Cap. VI. latum atq. motivum ei adnexum: *Et si habitus non faciat monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant.* Quis igitur Clericorum legem hanc *universalem* vel contemnat vel negligat, quin se gravis *culpae* ac censurarum ecclesiæ reum reddat! De *censuris* sive *poenis* in prævaricatores Synodus æconomica *Trident.* in citato Capite sequentia statuit: „*Tanta hodie aliquorum inolevit temeritas religionisq. contemptus, ut propriam dignitatem et honorem clericalem parvi pendentes vestes etiam deferant publice laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus; propterea omnes ecclesiasticae personae, quatumcumq. exemptae, quae aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem illorum Ordini et Dignitati congruentem, et juxta ipsius Episcopi ordinationem et Mandatum non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus, ac officio et beneficio ac fructibus, reditibus et proventibus ipsorum beneficiorum, nec non si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum et beneficiorum hujus modi coerceri possint et debeant, secundum Constitutionem Clementis V. in Concilio Viennensi editam, qnae incipit: Quoniam innovando et ampliando.*

Hæc Constitutio inter alia continet haecce: *Qui abjecta veste Ordini suo congruente induere aliam ac in publico portare sine rationabili causa praesumit, professorum sui Ordinis praerogativa se reddit indignum.*

Quem autem sub *clericali* intelligamus vestitum?

Leges ecclesiasticæ in eo concordant, vestitum clericalem esse:

I. vestem *talarem* i. e. ad talos usq. demissam (rewerenda) *clausam*, *) (zapięta) ut omnis scandali occasio laicis subtrahatur, ac recordatio restrictionis pravarum passionum internarum suggeratur; et *nigri coloris*, ad denotandam mysticam *mortem*, mortificationem .... quam sacerdotes utpote segregati a sordibus mundi, deputatiq. ad ministerium Dei subire tenentur omni momento ceu ad renuntiationem saeculo obstricti; item juxta Innocentium III. ad exprimendam similitudinem cum Sponsa in Cantico Canticorum, quæ de se depraedicat: *Nigra sum sed formosa, filiae Jerusalem!... ideo dilexit me rex ... et introduxit in cubiculum suum....* cui sponsae sponsus (Clerus) assimiletur opportet .. in colore &c.

Per *exceptionem* nonnisi consuetudo Constitutiove Provincialis ob iter, occupationesve respectivas... Clero saeculari his in oris concedit vestem quoq. aliam, laicali accomodatam, superiorem (Oberkleid, surdut) saecularem vocitatam; ast *oblongam* et *clausam*, varietatibus alicujus fidei *politicae* plane destitutam, deportare, sub qua vel *talaris* (rewerenda) lateat, vel ejus loco *subucula* (kamizelka) attamen non alius, quam *nigri coloris*, quia ipsa vestis talaris *nigra* praescribitur. Vestis autem praecitata exterior sit coloris *nigri* aut *subobscuri* (ciemny n. p. ciemno-granatowy, ciemno-zielony, ciemno-oliwkowy, tabaczkowy &c.) non vero fulgidi (hell, grell, jasnego, krzyczącego) non flavi aut cinericei...coloris utpote laicorum, aut hominum inferioris sortis. *Bracae* quoque colorem *fuscum*, constantem, non variantem, (jednostajny nie pstrokaty) praeseferant.

II. Cingulum (nigrum.).. juxta Salvatoris verba: *Sint lumbi vestri praecincti.*

III. Collare itidem *nigri* coloris, non caerulei (niebieskiego) cujus coloris posterioris collare junior Clerus ab aliquot annis *Hungaricum* Clerum imitans, e singulari aliqua complacentia, aut vanitate deferre incipit, immemor axiomatis ecclesiae: *Nihil innovetur, nisi quod traditum est;* atq. desertor antiquissimae ecclesiae provincialis praxis. Juxta eandem portabatur collare e *pilis nigris* contextum, certe ob indigitandam imitationem severioris vitae S. Joannis Baptistae, in eremo vestem e crassis cameli pilis confectam deferentis, aut ob jugem memoriam protoparentum, ob peccatum expulsorum et pellibus pilosis contectorum. Idem collare nigrum exornatum cernitur fasciola alba *Kastytatka* dicta. Ecce! praemonitor deportanti, ut castitate morumq. candore praeluceat. Ast junior Clerus etiam hocce symbolum prostituit, quia collari non e *pilis* austeritatem vitae denotantibus, sed e *globulis* vitreis aut aliis splendidis

*) Sit vestis Clerici clausa, nec longitudo, nec brevitas nimia, quod illam reddat deformem. Hoc de talari. Ipsæ denique vestes etiam breviores, ad minus infra genua protensae tales sint, ut clericalem teneant honestatem. Ita canones.

(z paciorków) vanitatem, luxumve indigitantibus conflato sese exornare amat. Hac in re difficultas acquirendi alia e pilis excusare nefors posset.

Quidam in collari, talari et cingulo pro foro, conspiciunt *amictum*, *album* et *cingulum* ecclesiæ, quae exhibeant sacerdotem vestigia summi Sacerdotis Xti, legati, evangelistae de excelsis prementem in foro.

IV. *Pileum* vel *mitram* nigri coloris, decentem, quin ullam partem *politicam* profiteatur. Demum

V. *Calceamenta* (trzewiki) apud nos ob lutum frigusve *cothurnos* concedi. *Calceamenta munda* puram Sacerdotis perhibent intentionem, qua semper suo fungatur munere. Non in pulvere ac luto terrae licet versari illi, qui rebus divinis se mancipare animasq. immortales lucrari cupit; ejus animus affectibus coelestibus repletus, excandescat zelo pro Dei gloria animarumq salute; tunc intrepidus vitae semitam gradietur; securus *super aspidem et basiliscum ambulabit et conculcabit leonem et draconem* et de se praedicare audebit: *Quam speciosi sunt pedes evangelizantium pacem... evangelizantium bona! Rom.* x. 15.

Intendit igitur Ecclesia, ut Christi militia veste quoq. a militia secerneretur humana, atq. internoscatur sacerdos servire Deo, non mundo.. Habitus clericalis distinguit, unit et ornat Clerum. Insuper *habitus* ejusdem momentum est tale, ut de ejus occursu saepe vitia suffundantur, atq. mores improborum erubescant. Quod de prisco Atheniensium duce refertur, sibi ipsi dicere solitum: *Vide, ne quid indumento isto indignum feceris! Tertull. L. de Pall. C. ult.* an non longe potiori ratione quilibet Christi minister sibi aptet?! Habitum gestans indecentem, vilis apparet fidelibus, oculos videntium scandalicat. *Visitabit autem Dominus super omnes, qui induti sunt veste peregrina. Soph. 1. 8.*

Hic autem vestitus clericalis ostentationem, luxum, et quidquid novum, inane, exquisitum ac sumtuosum est, nesciat, atq. tum a sorde tum ab insolentia ac affectatione absit.

Quibus Ordinationibus, motivis ac censuris non obstantibus reperiebantur reperiunturq. haud pauci, qui sublimitatis status sacerdotalis obliti magis suam aut mundi, quam ecclesiae normam in vestitu sequuntur, utpote qui etsi *reverenda* induti, nihilominus eam appertam, ut *catenulam auream* de horologio, aut gracilitatem nefors corporis anteriorem monstrent, deferre haud verentur; aut veste saeculari quamvis oblonga vestiti, in coloribus fulgentibus, mundanis, aut in formis oculos piorum aegre afficientibus exorbitare superbireve cernuntur; aut gestant *detritam* vestem, subuculamve, aut coloris subcinericii, vilis, dignitati, sacerdotali derogantis, potius operariis, molitoribus, aeconomis, organariis... inservientis. Tales pauperibus, aliisve quantocyus tradantur.

Ejusmodi disciplinae ecclesiae osores eo majoris temeritatis nota se inurunt, quum canonum hujus tenoris observantia ex parte Consistorii hujatis jam, a. 1823. jam 1827. et 1833. ad N. 569. 1177 et 100. inculcata fuerit.

Fratres in Xto Dilectissimi! Cum vestitus, dum probis moribus et doctrina condecoratur, vulgo multnm faciat ad reverentiam et aestimationem conciliandam, et praeterea anti-

quissimi, æque ac recentissimi legislatores suum cuiq. ministrorum ordini designaverint vestitum, deferatis volumus semper habitum *clericalem*, *sacerdotalem*, præprimis quando extra ecclesiam aut Breviarium recitandum, aut negotium cum Parochianis spirituale tractandum, aut visitationem, recommendationem honoratioribus, Praepositis, aut aegrotis spiritualem (extra Sacramentorum administrationem) exhibendam, aut receptionem vel salutationem superiorum appulsorum.... perficiendam habetis et solummodo ob iter, aut commotionem remotiorem, aut occupationes ruri &c. vestem civilem, eamq solummodo per exceptionem, at semper ordini ac dignitati respondentem, induatis idq. juxta Ordinationes Praedecessorum Nostrorum. *Nil innovetur; nisi quod traditum est, servetur.* Perillustres Decani conservandae disciplinae antiquae invigilabunt, transgressoresq. emendabunt.

Potius quaeramus ornamenta in virtutibus; his placebimus Magistro nostro Jesu Xto, qui non requirit pulchritudinem externam, sed internam, sicut scriptum est in Psalmo: *Omnis gloria filiae Regis ab intus.* Tarnoviae 20. Junii 1859.

L. 1791.

Wezwanie do wyprostowania krzyżów, naprawienia różnych rzeczy mniejszych.

Tu i owdzie spostrzegać się dają krzyże przy drogach pochylone, albo figury, kapliczki, mury kościołów lub cmentarzów, albo parkany, furtki, ławki, balaski, konfesyonały, stołki w Zakrystyi, okna nadwerężone; daszki nad murami około cmentarzów lub nad furtkami, kośnicami obszarpane; cmentarze albo nie oparkanione albo wałami i furtkami nie obwarowane, gęstą drzewiną nie obsadzone; trybularze, lampy okopcone; sufity, ściany, okna pajęczynami zeszpecone; kanonki, lichtarze woskiem albo łojem oblane, albo ich szkło potłuczone; tudzież Preparacya do mszy w najgorszym stanie, manipularze, stuły, ornaty kapy, alby, obszarpane; ręczniczki purifikatarze, komże brudne; kielichy wytarte, z pozłoty ogołocone, ampułki pęknięte; tu i owdzie nie ma stuł fioletowych do słuchania spowiedzi lub do chrztu podwójnego koloru fioletowego i białego, komeszek i płaszczyków dla ministrantów ... konfessyonału, lub tablicy dla spowiedników, spisu kapłanów zmarłych ... i t. p. w Zakrystyi. Tu i owdzie oczy niemniéj rażą owe strugi ceglastego koloru po murach kościelnych lub cmentarzowych, z ognitych cegieł pochodzące.

Podobne niedostatki wystawiają tych Zarządzców kościoła w nienajkorzystniejszém świetle. Przypominając obowiązek troskliwości około kościołów i świętych rzeczy wzywamy znowu niniejszém do uchylenia podobnych dowodów o nagannéj oziębłości świadczących, aby wkrótce Ich również włodarstwo mogło na pochwałę zasłużyć. Z 21. Czer. 1859.

N. 1114. N. 1133. et 1251.

Res per decursum a. 1858 ad majorem Dei gloriam in sequentibus parochiis testante Visitationis Dec. operato, comparatae, aut restauratae, etc.

I. In Decanatu Tarnoviensi et quidem

1. In *Brzozowa:* Murus circa ecclesiam delapsus restauratus curante parocho AR. Pociłowski; comparata casula coloris viridis per Helenam Jasnocha 32 fl. C. M., casula

coloris nigri per Dnam collatricem Pellegrini 24 fl. C. M. tum donatum pulvinar 10 fl. C.M. comparata duo sedilia per Dnam Koch de Janowice. Præter multa aliis annis comparata per Dnum Curatum loci anno præterlapso campanulla ad Sacristiam est procurata.

2. In *Gromnik* *a*) ecclesia ruinam minans ab a. 1856 totaliter intus et extus curante A. R. Antonio *Sapada* Parocho loci restaurata, ejus peculio depicta *b*) procuratae duæ campanæ, tertiam vero campanam proprio ære procuravit ipse Parochus 125 fl. C. M. *c*) vexillum 100 fl. C. M. *d*) casula albi coloris 20 fl. rubri 20 fl. *e*) pluviale 35 fl. *f*) capsula ad ægrotos 5 fl. C. M.

3. In *Jodłówka* altare majus submuratum et restauratum.

4. In *Jurków* præter apparamenta permulta ære et cura AR. Dionisii *Klimaszewski* comparata etiam Ecclesia ejus zelo, sollicitudine, ac sagacitate finita, et pro cultu divina splendide adornata, ita ut majus altare una cum ambona 1700 fl. C. M. constiterit, candelabra sex ex auri-chalco 240 fl. lampas 100 fl. prætereundo reliqua, quæ summum ordinem spirant, et vibranter zelum et gloriam Dei stillant.

5. In *Piotrkowice* præter linteamina proprio aere comparavit AR. *Polończyk*, Curatus loci Missale 24 fl. luminar paschale 6 fl. Vexillum coloris nigri sumptibus Parochi et parochianorum 40 fl. C. M. comparatum, ac res circa visitationem generalem deficientes procuratæ.

6. In *Pleśna* *a*) Organon novum 400 fl. *b*) lampas 7 fl. *c*) vexillum 34 fl. *d*) imago B. V. M. 24 fl. *e*) casula viridis 20 fl. C. M. tum res circa visitationem generalem deficientes comparatæ.

7. In *Poremba Radlna* sumptibus Ven. Parochi et parochianorum comparata: *a*) Imago B. V. M. 30 fl. *b*) Vexillum nigrum 32 fl. *c*) Insignia Resurrectionis renovata 11 fl. pavimentum in ecclesia datum 40 fl. C. M.

8. In *Siemiechów* sumptibus Curati et parochianorum comparatum nigrum vexillnm 20 fl. et imago B. V. M. 15 fl. C. M.

9. In *Tuchów* medio concurrentiae parochianorum reparatum tectum pavimentum, et fenestræ in ecclesia, item turris campanilis et ædificia œconomica; jam vero sumptibus AR. Emerici Kroner Curati loci *a*) 5 Missalia compacta cum agendis 10 fl. 30 x. tintinabula transfusa 4 fl. *b*) insignia Resurrectionis renovata 7 fl. *c*) 3 superpelicea et alba comparata 6 fl. 6 xr. *d*) 3 casulæ cum requisitis 56 fl. 10 x. *e*) ferramenta ad pinsendas hostias 6 fl. *f*) fenestra in Sacristia et tabulæ vitreæ 36 fl. 28 xr. *g*) reparatio campanarum 22 fl. *h*) domus vicarialis 34 fl. 12 xr. *i*) tria cubilia picta 28 fl. *k*) puteus 40 fl. *l*) ædificia praedialia in *Bryły* 634 fl. *m*) in *Ogonówka* 200 fl. *n*) pro adjuvante in schola addit AR. Curatus annuatim 10 fl. in Burzyn vero 5 fl. Præterea pietate parochianorum comparatæ res pro decore domus Dei 127 fl. C. M.

10. In Wierzchosławice curante zeloso Curato ARdo Medardo *Neronowicz* procurata imago S. Josephi per Celsissimum Collatorem 220 fl. item per parochianos pavi-

mentum e lapidibus quadris 500 fl. lustrale 90 fl., lampas 39 fl. Altare majus 600 fl. ad quod Ven. Curatus contribuit 100 fl. dein per Dnum *Zasowski* casula alba 22 fl. *b*) coronæ 8 fl. umbraculum 30 fl. velum 25 fl. pensilia ad majus altare 30 fl. ipse vero præcitatus Curatus proprio ære comparavit ad exornandam domum Dei, et promovendam laudem ejus pluviale, casulam, dalmaticas albi coloris 130 fl. iterum pluviale album 40 fl. casulam albam 15 fl. pluviale rubrum 42 fl. casula rubra 22 fl. violacea 12 fl. pluviale nigrum 20 fl. casula nigra 10 fl. Ampullae cum pelvi 9 fl. Missale 25 fl. patena una cum vasculis pro oleis sacris 10 fl.

11. In Zbyłtowska góra e propriis comparavit ARdus *La Croix* casulam 10 fl. pluviale nigrum 15 fl. vexillum 10 fl. turibulum 10 fl. stolam albam 3 fl. tumbam 7 fl. donavit vero ecclesiæ Dna Comitissa *Moszczeńska* statuam D. N. J. Chr. velum et duas imaginas B. V. Mariæ.

12. In Ryglice curante ARdo *Orłowicz* Parocho et Decano exstructum novum Altare B. V. M. una cum candelabris 350 fl.; sumptibus Ven. Curati comparatæ 4 casulæ scilicet 2 nigri 1 violacei, alia albi coloris 60 fl. non minus Magnificus Collator *Leśniowski* una cum consorte sua comparavit pluviale albi coloris 115 fl. prætera complura utensilia ecclesiæ dono obtulerunt uti linteamina, vela, pulvinaria &c.

II. In Decanatu Radomyslensi.

1. In *Borowa* procuratae sunt 2 pulchræ imagines D. N. Jesu Xti et B. V. Mariæ nec non casula dono oblata a sua Excellentia Constantia de Skarbek Borowskie Lib. Bar. *Kraus.*

2. In *Nagoszyn* e liberis oblationibus procuratum pluviale rubri coloris 80 fl.

3. In *Przecław* excitante Curato ARdo *Piotrowski* Parochiani compararunt sex candelabra 130 fl. C. M.

4. In *Radomyśl* parochiani excitati per Rdum *Turza* procurarunt tapetem 100 fl. ad tegendos gradus altaris; renovarunt altare majus 100 fl. et depingi curarunt imaginem in minori altari B. V. M. 40 fl. C. M.

5. In *Wadowice* extimulati parochiani per ARdum Curatum *Kolasiński* comparaverant organon novum 195 fl. Missale 25 fl. C. M. contribuente ad hoc non parum ipso Curato.

6. In *Xiążnice* aedificatur nova ecclesia lignea.

7. In *Zasów* ARdus Antonius *Grzynowicz* Curatus comparavit calicem 30 fl., alterum deaurari curavit 10 fl. C. M.

8. In *Zdzarzec*, sub directione anteacti Curati ARdi Clementis *Popiel* excitati parochiani ab Eodem restaurarunt de integro ecclesiam et depinxerunt pretio circiter 1500 fl. ad quod Ven. Curatus haud parum contulit; item compararunt 4 vexilla 80 fl. 2 calices 37 fl. 2 reliquiaria 37 fl. tum quotam 75 fl. pro reparando organo deposuerunt; pariter idem ipse Curatus reparavit apparamenta, comparavit plures casulas et pluviale nigri coloris expendendo 130 fl. nec non 2 Missalia pretio 19 fl. Administrante ecclesiam ARdo Ignatio *Bucki* parochiani compararunt a) casulam albi coloris 30 fl. b) rubri coloris 50 fl. c) pluviale rubri coloris 50 fl. C. M.

9. In *Zgórsko* sumptibus Apoloniæ Kokoszka depicta imago in minori altari B. V.

M. 60 fl. organon e liberis oblationibus restauratum 40 fl. Baldachinum a Mfica collatrice novum comparatum 40 fl. Missale novum sumptibus Curati ARdi Sebastiani *Zapała* 18fl. procuratum.

III. In Decanatu Makoviensi e causa Jubilaei.

1. In *Krzeszów* Curante ARdo Petro *Wrobel* pixis 25 fl. deaurata et alia nova 105 fl. C. M. procurata.

2. In *Mucharz* a) Casula alba 40 fl. Candelae 24 fl. C. M. b) Vexillum nigri coloris 15 fl. C. M. procuratum; tum uxor Jacobi *Zadora* molitoris obtulit linteamina 20 fl. C. M.

3. In *Osielec* Imago B. M. V. 221 fl. 10 kr. C. M. comparata.

4. In *Raba-wyżnia* obtulit ecclesiae pulchrum Velum collator ecclesiae Magnificus Dnus Stephanus *Wilkoszewski*, tum pro ecclesiola in Sieniawa comparavit Dna Julia *Borowska* Missale 28 fl. C. M. Casulam, pluviale et lampadem 32 fl. C. M. item pro renovando altari B. M. V. obtulerunt parochiani 95 fl. C. M. pro altari S. Antonii 26 fl. dein duae foeminae obtulerunt linteamina 12 fl. ipse vero Curatus ARdus Gotefridus Fitz Curatus loci praeter alias res pro decore domus Dei comparatas e propriis obtulit tempore Jubilæi ad exornandam domum Dei 55 fl. C. M.

5. In *Rabka* curante ARdo Parocho loci *Kasprowicz* procurata sunt per parochianos 18 candelabra stannea 160 fl. Parochus vero ipse e proprio marsuprio procuravit: casulam albi coloris 20 fl. et musicam introduxit, quae titilando aures ad pietatem excitaret corda

6. In *Sucha* pro reparando et exornando Altari S. Josephi et S. Augustini expenderunt 420 fl. Curatus vero ARdus *Ciesielski* e propriis comparavit calicem, casulam et imaginem D. N. J. C. expendendo 100 fl. C. M.

7. In *Tarnawa* e propriis comparavit ARdus. Adalbertus *Bobek* capellanus casulam albi coloris 40 fl. et figuram ligneam Crucifixi 16. fl. C. M.

8. In *Zawoja* renovarunt Altare S. Josephi; Parochus autem ARdus. *Würfel* e propriis comparavit Calicem 25 fl. C. M.

9. In *Zembrzyce* compararunt parochiani curante ARdo Michaele *Kuss* Parocho loci a) Casulam Rubri coloris tum b) obtulerunt velamina ad figuram D. N. J. C. item c) pannum ad tegendos gradus majoris Altaris.

NB. 1. Specificatio similis e Decanatu *Brestensi*, Neo-*Sandecensi* atq. *Tymbarc.* serius subsequetur.

NB. 1. Benefactoribus supra expressis laus, gratiarum actio, benedictio atq. apprecatio cunctorum faustorum ornamentorumve animae tam in terra quam in coelis, quod e suggestu significetur.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 24. Junii 1859.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.